

13  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

PROBATIONE  
INGRATITVDINIS  
IN BENEFACTOREM

Von

Beweis des Undanks gegen seinen Wohlthäter.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-  
GARIAE ET WESTPHALIAE COMITE SAYNAE  
ET WITTGENSTEINII RELIQA

SVB PRAESIDIO

VIRI MAGNIFICI

IOANNIS FRIDERICI HERTELII

ANTECESSORIS SALANI, CODICIS AC NOVELL. PROF. ORD.  
CVRIAE PROV. SAX. COMMVN. ASSESSORIS, FACVLT.  
IVRID. ET SCABINAT. SENIORIS,

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE OBTINENDI

AD D. XV. IVNII MDCCXXX

HORIS LOCOQVE CONSVETIS

PVBICO ERVDITORVM DISQVITIONI SVBMITTIT

WILHELMVS LYDOVICVS LENTILIVS

STVTTGARDIA-WÜRTEMBERGENSIS.

Diss. jur. civ.

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.

256,10

DEPARTMENTO MAGNIFICENTISSIMO

P R O B A T I O N E

MAGNIFICENTISSIMO  
IN BENEFICENTIA

Magno Magno Magno Magno Magno

MAGNIFICENTISSIMO

G A L L I E M O H E N R I C O

J O A N N I S M A G N I F I C E N T I S S I M O

M A G N I F I C E N T I S S I M O

M A G N I F I C E N T I S S I M O



DISSERTATIONIS  
DE  
PROBATIONE INGRATI-  
TVDINIS IN BENEFACTOREM

---

PROOEMIUM.



IDEBOR Tibi fortassis, Benevole Lector, Iliada post HOMERVM scribere, quando pro specimine inauguralis dissertationis selegi thema probationis, materiae, qua tot scatent tantaque spissa volumina, ne dicam de farragine plurium in publicam lucem jam editarum disputationum academicarum. a) Ipsa *Legum Corpora*, Romanum pariter atque Canonicum, nec non Germanorum Imperatorum & Principum Constitutiones atque Ordinationes, eæ potissimum, quæ judicialem dirigunt processum, per tot Rubricas & Titulos multa cantant de *Probationibus & Præsumtionibus*, de *Testibus & fide Instrumentorum*; de mediis quoque eruendi verita-

A 2

verita-

---

a) Vid. LIPPENII *Bibliothec. Jurid. cum Supplem. Dn. JENI-  
CHEN VOC. Probatio.*

veritatem, *Juramentis* scil. & *Quæstionibus* sive *Torturis*. Quod si concentores, commentatores puto & interpretes, sive *analyticos* b) aut *axiomaticos*, c) sive *systematicos* & *syntheticos*, d) conferas: e) o! quam larga tibi occurreret seges, conscribendi ex nonaginta novem tractatibus aut dissertatiunculis centesimam?

Quicquid tamen hujus sit! nihil scribitur, quod non scriptum sit prius; novas tamen semper natura deproperat edere formas. f) Ideoque mihi in mentem venit, pro specimine inauguralis disputationis argumentum, non subtile, curiosum, quod criticis & philologicis speculationibus ansam præbeat, sed quod in ipsis rerum argumentis obtinet, & Usum in foro præbet practicum. Finis enim primarius Jurisprudentiæ est Praxis, g) intenta ad genuinæ justitiæ administrationem.

Ne

- b) Quales sunt *Glossatores*, Dion. GOTHOFREDVS not. ad Corp. Jur. Civ. Jac. GOTHOFREDVS ad Cod. Theodos. BRUNNEMANNVS commet. ad ff. et ad Cod. Tit. de Probat. &c.
- c) Quo spectat Aug. BARBOSA thesaur. axiomat. cum supplem. TABORIS et STRYKII ad voc. Probatio etc. Add. H. E. KESTNER. memorial. jurid. It. J. J. Equ. de et in WEINGARTEN. panoplia judicialis.
- d) Nempe qui titt. ff. de Probat. de fid. Instrum. de Testib. de Fureiur. de Quæst. solide et accurate pertractant, e. g. MEYER. C. J. A. STRVV. syntagm. Jur. civ. cum not. P. MÜLLERI, et analect. Lynckerian. LAVTERBACH. colleg. ff. theor. pract. STRYK. Us. Mod. ff. dd. titt. alii.
- e) Non unus enim, sed diversus est modus studendi solide et pertractandi universa Imperii nostri Jura. Vid. omnino L. B. de LYNCKER. Instructor. for. Dn. PRAESID. Pyx. naut. s. Manuduct. ad stud. jur.
- f) L. 2. §. 18. C. de Vet. Jur. enucl. Novell. 73. præfat. Nov. 74. cap. 1. 2. F. 24. §. 2. in fin.
- g) Vid. STRVV. exerc. ff. 1. th. 9. seqq. ibique Pet. MÜLLER addit. L. B. de LYNCKER. comment. ff. L. 1. t. 1. §. 39. seqq. LAVTERBACH. colleg. ff. theor. pract. L. 1. t. 1. §. 3. et 6.

Ne tamen nimis sit vagum hoc thema elaborandum, applicationem dirigere ad certum & speciale objectum studui. Quemadmodum vero Jurisprudencia est tam justi, quam injusti scientia: *b)* ita metam mihi proposui rem in se non licitam & honestam, sed in se turpem & illicitam, nempe *Ingratitudinem*, quæ est & dicitur Vitium gravissimum, *Undancf ist das grösste La-ster.* *i)* Non autem tale objectum elegi, quasi illud adprobaverim, animo commendandi & promovendi, sed quo magis & facilius idem reprimatur & coerceatur; plane sicuti *Medicina* circa insalubria, quin & *neutra* versatur: *k)* contrariorum enim eadem est disciplina. Esto igitur thema nostrum: **PROBATIO INGRATITVDINIS IN BENEFACTORES.**

## CAPVT I.

EXHIBENS

GENERALEM DESCRIPTIONEM ET DIVISIONEM PROBATIONIS, INGRATITVDINIS, BENEFACTORIS.

S T N O P S I S.

- |  |   |
|--|---|
| §. I. <b>N</b> ecessitas Probationis.                    | §. III. Definitio Probationis.                              |
| §. II. Onomatologia Probationis: Etymologia & Homonymia. | §. IV. Divisiones Probationis.                              |
|  | §. V. Nomen ingratitude: Etymologia, Homonymia & Synonymia. |
| A 3  | §. VI. De-  |

*b)* §. 1. I. de I. et I. l. 10. §. 2. ff. eod. Conf. B. de LYNCKER d.l. §. 42.

*i)* Vid. SENECA de benefic. L. 3. c. 1. Nam ingrato homine terra nil pejus creat, AVSON. epigramm. 140. Add. BARBOS. thes. locupl. L. 9. c. 75. axiom. 1. ibique plur. alleg. DD.

*k)* L. B. de LYNCKER d. §. 42. in fin.

§. VI. Definitio Ingratitudinis.	Synonymia.
§. VII. Divisio Ingratitudinis.	§. IX. Definitio Benefactoris.
§. VIII. Nomen Benefactor: Etymologia, Homonymia &	§. X. Divisio Benefactoris re- missive.

## §. I.

**S**INE Probatione inanis est omnis actio, a) cum sæpe deficiat non jus, sed probatio; b) quæ enim probari ostendique nequeunt, ea pro non gestis habentur: c) Expedi igitur hujus in materia, necessariæ pariter ac utilissimæ & Nomen & Rem hic saltem generaliter & quasi præliminariter investigare.

## §. II.

Nomen *Probatio* originem habet a verbo *probare*; & hoc deducitur ab adverbio *probe*, quasi *probe* facere; d) Id quod idem est ac (1.) laudare, approbare, cujus contrarium est improbare; e) idem quod (2.) tentare & inquirere; & (3.) Fidem de re aliqua facere, i. e. ostendere, vincere ea obtinere. Et hoc significatu vel *late* accipitur pro quacunque allegatione, qua aliquid probamus; vel *stricte*, i. e. Judici de re dubia fidem facere, quæ vocatur probatio juridice talis; quæ iterum fit generaliter per qualemcunque rei dubiæ apud Judicem

a) MASCARD. *de probat. vol. 1. qu. 1.*

b) PAULVS JC. in *l. 30. ff. de test. tut.*

c) per *L. 77. ff. de contrab. empt. l. 17. in f. ff. de in diem addict. l. 10. ff. de reb. dub.*

d) Vid. MASCARD. *d. vol. 1. qu. 3.* PAC. *L. 1. de Probat. c. 3. n. 15. August. MORLA empor. iur. t. de fid. instrum. proæm. n. 20. Conf. DVAREN. ad tit. de Probat. cap. 2. VMM. ad proc. disput. 15. thes. 1. n. 1.*

e) Sic opus probatum dicitur in *L. 37. l. fin. ff. loc. cond. l. 7. §. 2. ff. L. Jul. repetund.*

cem ostensionem; *f)* vel specialiter, ut est probatio plena & perfecta per testes & instrumenta. *g)* In sensu juridico synonyma sunt: *docere, demonstrare, intentionem implere, item fidem facere*; *h)* Germ. beweisen, bescheinigen, darthun, anzeigen, beybringen, überführen, behaupten, &c. *i)*

### §. III.

Definitio realis ita constitui potest, quod Probatio sit actus judicialis, quo litigantes Judici de facto controverso, vel de re dubia, per argumenta fidem faciunt. *k)* Dicitur in genere actus judicialis, cum quo plures conueniunt circa processum judicialem, quos expediunt vel Judex ejusve parastatae, veluti: Citatio, Registratura, Sententia, Executio, Subhastatio, Incarceratio; vel partes litigantes, ut sunt: Actio, Exceptio, Litis Contestatio, Appellatio; it. Interventio, Adhæsio, & sim. Differentia specifica desumitur a subiecto activo & passivo, objecto, mediis, & causa finali.

### §. IV. Di-

*f)* Arg. l. 3. et 4. C. de probat. MASCARD. de Probat. vol. 1. qu. 2. n. 17. seqq. iunct. qu. 4. seq. ubi probationis sic acceptæ XII. ponit species.

*g)* Vid. MENOCH. de presumpt. l. 1. quest. 1. n. 5. seq. HAHN ad Wesemb. tit. de prob. N. II.

*h)* per L. 6. l. 19. l. 23. et passim ff. de probat.

*i)* Conf. BERGER œconom. iur. l. 4. t. 24. GRIßNER princip. proc. iud. l. 2. c. 1. §. 5. MENCKEN tr. syn. proc. D. 10. ad O. P. S. tit. 20. §. 1. DN. PRAES. medit. ad Stryk. introd. ad Prax. for. cap. 17. §. 1.

*k)* L. 12. in fin. ff. de probat. Conf. LAUTERBACH colleg. ff. theor. pract. tit. de probat. §. 3. STRVV. exerc ff. 28. th. 2. ibique Pet. MÜLLER not. MENCKEN tract. synopt. proc. D. 10. tit. 20. §. 1. PEREZ. in Cod. tit. de probat. n. 2.

## §. IV.

Divisiones sunt variæ, pro diversitate causarum, effectuum, contrariorum, & similibus. Sic I.) ratione causæ Instrumentalis dividitur in *Artificialem* & *Inartificialem*. l) Deinde II.) ab Effectu graduum est vel *Plena* vel *Minus Plena*. m) Cui fere similis est III.) divisio in *Ordinariam*, *Beweis*, & *Summariam* seu *Demonstrationem*, *Bescheinigung*. n) Porro a nonnullis IV.) Probatio dividitur in *Judicialem* & *Extrajudicialem*. o) Minus frequens est V.) Distinctio in Probationem *Vocis Viva*, quæ fit per testes, & *Vocis Mortua*, quæ fit per scripturam. p) Fuit insuper VI.) alia probationis divisio recepta, qua scil. alia dicitur *Canonica*, alia *Vulgaris*, quæ per duellum, flammam, aquam frigidam aut ferventem, ferrum candens, sacram hostiam, &c. fieri solebat. q) Neque sicco pede prætereunda est VII.) divisio in *Probationem* & *Reprobationem*, *Beweis* und *Gegenbeweis*. r) Ratio temporis abit VIII.) in *Regularem*, quæ fit post actionem motam litemve contestatam; & *Irregularem*, quæ suscipitur ante actionem motam litemve contestatam. s) Denique ut genus analogicum distinguitur in *Probationem* in specie & *Præsumtionem*, *Rubr. ff. de Probat. & præsumt.* ibique DD.

## §. V. Vox

- l) Vid. LAUTERBACH d. l. §. 4. MENCKEN cit. loc.  
 m) Add. omnino LAUTERBACH colleg. ff. d. t. §. 5. seqq. ibique allegg. MENCKEN d. §. 1. num. 4.  
 n) MENCKEN d. §. 1. num. 3. Add. supra lit. i.  
 o) Vid. LAUTERBACH d. l. §. 13.  
 p) IDEM d. l. §. 14.  
 q) IDEM d. l. §. 15.  
 r) Vid. Ord. Proc. Sax. tit. XX, et XXI. ibique MARTIN. comm. cum analect. PHILIPPI observat. et al. DD. STRYK introd. ad prax. for. c. 17. §. 1. et 8. ibique Dn. PRAES. medit. access.  
 s) MENCKEN d. l. num. 2.



## §. V.

Vox *Ingratitudo* composita est a particula privativa *in*, quam Græci exprimunt per α *σεριτικόν*, Germani per *un* vel *ohn*, & *Gratus*, *dancfbar*, qui beneficii meminit, vel gratiam refert; & sic per contrarium denotat *Undancfbarkeit* sive *Ohndancfbarkeit*. Alias *Ingratus* etiam idem est ac odiosus, adversus, non acceptus, *unangenehm*, e. g. *ingratus hospes*, *ein ungebetener, unangenehmer Gast*; quo sensu indigitaretur per *ingratitude* qualitas rei vel personæ, quæ nauseam vel odium, *einen Eckel oder Haß* excitaret. In præsentī significat *eine grobe Unerkântlichkeit genossener Wohlthaten*. In specie *Vasalli* *ingratitude* adversus *Domini* *Feudi* dicitur *Felonia*. ff)

## §. VI.

Est igitur *Ingratitudo* *Vitium* vel potius *Delictum*, quo negligitur *memoria* & *compensatio* beneficii accepti, omittendo officium *grati animi*. Dicitur *Vitium*, non proprie, sed *metonymice*, causam pro effectu supponendo; cum *vitium* sit habitus *moralis* *virtuti liberalitatis* & *gratitudinis* contrarius, ex quo fluit actus *ingratitude*, tanquam *delictum*. Differentia desumitur a neglecta vel seposita agnitione *boni*, & retributione *mali* *omissionis* vel *commissionis*: e. g. si *Discipulus* agat *exploratore*, *delatore*, ac *falsum proditorem* sui *Doctoris* ac *Præceptoris*; aut *Ipsi* *dissimulet calumnias* *malevolorum inimicorum*.

## §. VII.

Est enim *Ingratitudo* 1.) alia *Negativa*, seu *Privativa*, negligendo obligationem ad *Antidora*, denegando  
B alimen-

ff) Vid. J. H. HERMANN *Teutsch-Juristisch Lexic. voc. Felonia.*

alimenta, &c. quæ vocari potest ingratitude *Omissionis*; alia *Positiva*, committendo injuriam vel aliam offensio- nem in benefactorem, quam diceres ingritudinem *Commissionis*. t) Deinde 2.) distingui potest ingrati- tudo in *Dolosam*, quæ fit ex proæresi & proposito; & *Cul- posam*, citra propositum, ex nimia negligentia vel igno- rantia ortam, pro arbitrio Judicis. Denique 3.) alia in- gratitudo est *levis*, imperfectam obligationem natura- lem transgrediens; u) alia *gravis*, quæ meretur exhere- dationem; x) revocationem beneficii, aut aliam coerci- tionem privatam, y) præter publicam vindictam.

### §. VIII.

*Benefactor* itidem compositum esse vocabulum, ocularis inspectio probat, ex adverbio *bene*, & verbo *facio*; sicuti vicissim *malefici* dicuntur, *Missethäter*, qui mala faciunt, aut ingrati sunt. Accipi vero potest hæc vox vel *generaliter* pro quolibet homine, qui bona, ho- nesta

t) Ita in *L. fin. C. de revoc. don.* occurrunt ingritudines negativæ quasdam conventiones minime implendo; et positivæ, e. g. atroces iniurias effundendo, impias manus inferendo. In *Novell. 115. c. 3. et 4.* recensentur ingritudines privativæ, v. c. si negligat carcere detrusum, aut furiosum, si nec ab hoste rede- mit; et positivæ, ut: si patrem feriat, criminis accuset, ei ma- ledicat, etc. Conf. BRUNNEM. *ad L. un. C. de ingrat. lib. n. 3.* DONELL. *comm. L. 2. c. 24.* ibique HILLIGER. Ad positivam ingritudinem feudalem refertur inter alia *Cucurbitatio*. vid. HERMANN *Teutsch-Juristisch-Lexic.* voc. *Cucurbitare*.

u) Ut: *Omittens ἀντιδωρα*, *L. 25. §. 11. de hered. pet. l. 54. §. 1. de furt.* Conf. GROT. *de F. B. et P. lib. 2. c. 11. n. 35.* Add. HIL- LIGER *lib. 12. D. E. c. 2. lit. O.* LAVTERBACH *colleg. ff. tit. de oblig. et act. §. 5.*

x) per *d. Nov. 115. c. 3. et 4.* Vid. DD. *ad Tit. ff. de Inoff. testam. et ad Tit. ff. de Exhered. liber.*

y) Vid. *L. ult. C. de revocand. donat.* LAVTERBACH *colleg. ff. tit. de donat. §. 47. seqq.*

nesta & iusta facit, ac suum cuique tribuit; vel *specialiter*, pro eo, qui ex speciali gratia, liberalitate, atque benignitate alteri, rebus vel factis, commodum aliquod confert. Germanice *Wohlthäter, Patronen, Beförderer, Gutesthuer, Erhalter, Beschützer, u. s. m.* quales sunt Magistratus & Iudices iusti & æqui, Doctores & Præceptores, ut & alii Magistri artium tam liberalium, quam illiberalium, fideles, Parentes pii tum naturales tum spirituales, &c.

## §. IX.

Itaque Benefactor est Persona, quæ citra obligationem ex mera benignitate commodum alteri confert. Dicitur Persona: quamvis enim & bruta, v. c. canis defendendo dominum, corvi adferendo escas Eliæ, leones haut occidendo Danielem, &c. istis benefecisse non inepte dici possent; quia & res inanimatæ, e. g. prædia nobis benefaciunt, dum urbana prædia pariter ac rustica varia nobis præstant commoda & largos profert fructus; hic tamen sermo est de correlatis, benefactore & beneficiario, qui sunt homines vel personæ. Unde nec Ministri aut Subditi fideles hinc excluduntur, præsertim si ultra obligationem ordinariam & perfectam commodum aliquod Dominis, Magistratibus, quin & Principibus conferunt. Differentia adjecta discernit benefactorem ab aliis personis, quæ ex necessitate juris obligati sunt, veluti ex conventionem, delicto, aut alias, alteri aliquod commodum præstandi.

§. X. Benefactorum divisiones & species enarrare, supervacaneum ducimus, sed remittimus Lectorem ad moralium Doctores, illustrantes capita *Munificentia & Libera-*

*Liberalitatis.* Nobis nunc properandum est ad doctrinam specialem probandæ ingratitude, præsertim inter donatorem & donatarium.

---

CAPVT II.  
DE  
CAVSIS PROBANDÆ INGRATITVDINIS IN BENEFACTOREM.

---

S T N O P S I S.

- |  |  |
|--|--|
| <p>§. I. <b>M</b>ethodus Dissertationis.</p> <p>§. II. <i>Causæ Efficientes: Remota, Propinqua, Impulsiva &amp; Instrumentalis.</i></p> <p>§. III. <i>Causa Finalis.</i></p> <p>§. IV. <i>Subiectum activum.</i></p> <p>§. V. <i>Subiectum passivum &amp; recipiens.</i></p> | <p>§. VI. <i>Objectum Positivum.</i></p> <p>§. VII. <i>Objectum Negativum.</i></p> <p>§. VIII. <i>Quid de Facto Negativo?</i></p> <p>§. IX. <i>Forma essentialis.</i></p> <p>§. X. <i>Forma accidentalis. Modus Probandi.</i></p> <p>§. XI. <i>Terminus a quo, &amp; Terminus ad quem.</i></p> |
|--|--|

§. I.

**O**PTIMA est methodus iuridicum thema pertractandi & cognoscendi per *Causas, Effectus, Contraria, & Affinia*, quam magno cum fructu post **WESENBECIUM** suis adhibuere Systematibus, Tractatibus, Dissertationibus, accuratiores Iurium Interpretes, **ECKOLDVS, SVENDENDOERFFERVS, MEYERVS, STRVVIUS, LYNCKERVS, LAVTERBACHIVS, MENCKENIVS**, alii. z) Quamvis in terminis

---

z) Quam commendat acutissimus sui temporis Jureconsultus **L. B. de LYNCKER** in *Tabula de rat. docend. et discend. iurisprud.* it. in

minis habilibus non omnino negligenda aut contem-  
nenda sit methodus *Mathematica*, quam vocant scien-  
tificam.

### §. II.

Externa *Causa Efficiens Principalis*, & quidem  
*Remota*, sunt Iura, præsertim Ordinationes Processuum  
judiciales, quæ in facto controverso ingratitude proba-  
tionem requirunt, præcipiunt, modumque præscri-  
bunt. a) *Propinqua* est voluntas atque dexteritas be-  
nefactoris ejusve Advocati vel Procuratoris eandem  
expediendi. *Causa Impulsiva* est sententia injungens  
probationem vel reprobationem ingratitude. *In-  
strumentalis* causa sunt *Argumenta* illa probationis sive  
*inartificialia*, testes aut *instrumenta*; sive *artificialia*, ex  
circumstantiis facti desumpta, b) veluti sunt vulnera  
& plagæ, incendia, & alia *Indicia*, *Iuramenta*, & alia  
*media eruendi veritatem*, ut sunt *territio*, *tortura*, &  
*similia*. c)

### §. III.

Altera *Causa externa* est *Finalis*, quæ plerumque  
cum effectu coincidit: nam quod primum est in inten-  
tione, illud ultimum est in executione. Scopus hic

B 3

potissi-

it. in *Instructor. for. Lib. 2. S. 2. P. 1. c. 2. §. 14.* Conf. Dn. PRAE-  
SIDIS *manuduct. ad stud. iur. S. 3. c. 3. §. 4.*

- a) Nam cessante Probatione Iura absolvunt adversarium ab in-  
stantia, *L. 2. C. de probat. l. 4. C. de Edend. l. 9. C. de oblig. et act.*
- b) De quibus vid. STRVV. *exerc ff. 28. th. 3. et seqq.* ibique Petr.  
MÜLLER *addit.* LAUTERBACH *colleg. ff. tit. de probat. §. 4.*
- c) De quibus prostant integri tituli Juris tam Civilis, quam Cano-  
nici, *de Furament. de Quæstion.* Add. DD. *de Furament. de Indic.  
de Tortur.* ex LIPPENII *bibliothec. iur.* Praxin probationis  
per *Furamenta*, ostendit STRYKIVS *introduc. ad prax. cap. 20.*  
per tot. ibique PRAESES *in medit. accessor.*

potissimus est Demonstratio Ingratitudinis, & dehinc ejusdem coërcitio five vindicta, e. g. revocandi donationem, emancipationem, manumissionem, propugnandi testamentum inofficiosum, eripiendi hæreditatem indigno; de quibus infr. *Cap. seq. de Effectu.*

#### §. IV.

Causæ internæ sunt Materia & Forma; illa tum subjectiva tum Objectiva. Subjectum Activum five Occupans sunt Personæ, quæ dicunt, non quæ negant; e. g. benefactor; incusans alterum ingratitude: nam regulariter affirmanti incumbit probatio; d) five sit Actor, probaturus actionem ingrati, v. e. revocatoriam; e) vel etiam Procurator Fisci, erepturus hereditatem aut legatum indignis, *tot. tit. ff. & C. de his, quæ ut indign. auf.* five Reus, opponendo exceptionem ingrati; qui excipiendo partibus actoris fungitur; f) Nisi pro proponente militet præsumtio; quæ onus probandi transfert in adversarium; g) Si uterque affirmet, utrique incumbit probatio. h)

#### §. V.

Passivum Subjectum est homo ingratus, contra quem suspicitur probatio, five vindicando, five excipiendo

d) L. 2. l. 3. l. 18. l. 21. seqq. ff. de probat. l. 1. l. 23. C. eod. l. 1. ff. de Except. l. 4. C. de edend. STRUV. d. l. th. 6. ibique P. MÜLLER addit.

e) Vid. LAUTERBACH colleg. ff. tit. de donat. §. 47. et 50.

f) L. 9. l. 12. l. 18. §. 1. l. 19. pr. l. 25. ff. de probat. l. 1. C. eod. VVLTEJVS de Judic. L. 1. c. 5. n. 31.

g) L. 16. in fin. C. de probat. Add. MASCARD. de Probat. vol. 1. concl. 37. GVDLIN. de iur. nouiss. L. 4. c. 9. CARPZOV L. 3. Resp. 64. VMMIVS Disp. 15. ad proc. th. 2.

h) L. 9. C. de except. BRUNNEM. ad L. 1. ff. de probat. n. 1. seq. GISEBERT. peric. stat. 1 art. 4. n. 802.

piendo contra petentem beneficium, e. g. donationem promissam, hereditatem paternam vel maternam; suntque vel Liberi, *i)* vel Liberti, *k)* vel extranei beneficiarii ingrati. Subjectum *Recipiens* est Iudex, cui probatio facienda est, & cui fidem facimus, etiamsi adversarius testibus vel instrumentis non credat. *l)* Iudicis enim arbitrio relinquitur, an & quatenus sit probatum? *m)*

## §. VI.

Objectum est tum *Positivum*, tum *Negativum*; Illud factum dubium & controversum ingratitude, e. g. impiæ manus, cucurbitationis, &c. cum facti interpretatio etiam prudentissimos fallat, & alieni facti ignorantia tolerabilis sit error. *n)* *Notorium* vero factum allegandum quidem est, *o)* nisi ex actis judicialibus appareat; *p)* sed non probandum.

## §. VII.

Objectum *Negativum* sunt quæstiones Juris, e. g. An ob ingratitude Manumissio, Emancipatio, Donatio

*i)* Vid. tot. tit. C. de ingrati. lib.

*k)* Vid. DONELL. L. 2. comm. c. 17. lit. C. ibique HILLIGER.

*l)* L. 12. in fin. ff. de probat. GISEBERT. d. l. art. 12. n. 15. et concl. 3. n. 73. MEV. P. 7. decis. 155. n. 10.

*m)* L. 3. §. 1. seq. ff. de testib. GAIL. Lib. 2. Observ. 94. n. 11. Conf. CARPZOV. L. 6. Resp. 10. n. 19. MENOCH. de arb. iud. quæst. L. 1. proæm. n. 8. et qu. 14. n. 5. MEV. P. 3. Decis. 132. n. 3. GISEBERT. Deut. Harm. c. 17. n. 71.

*n)* NERAT. in L. 2. ff. de iur. et fact. ignor. L. 5. in fin. ff. pro suo.

*o)* c. 3. X. de testib. cog. c. 9. X. de accus. c. 31. de R. I. in 6. can. 15. caus. 2. qu. 1. Cas. CARENA. Res. pract. 21. n. 9. Vid. STRYK introd. ad Proc. C. 17. §. 4. ibique Dn. PRAESID. medit. access.

*p)* GAIL. L. 2. Obs. 31. n. 18. et 46. n. 21. Fr. HERCVLAN. de prob. negat. n. 61. SCACC. de Judic. L. 2. c. 9. n. 28. HVNN. encyclop. P. 2. t. 12. c. 2.

natio fit revocanda? An liberi ingrati sint exheredandi? Jus enim certum, atque Judici cognitum esse potest & debet, q) ideoque Judici non probandum, sed allegandum. Lex autem dubia & controversa non per litigantes, sed per Judices vel Jurisconsultos est interpretanda & explicanda. r) Unde illud in Curiis Galliae: *Venite ad factum, Curia novit Jura.* Aliter tamen res se habet in Jure non scripto, veluti consuetudine, quæ facti esse dicitur. s)

### §. VIII.

De *Negativo facto*, e. g. quod non fuerit ingratus, non fuerit donatio simplex, non commisserit causam exheredationis, &c. disquiritur: an illud possit aut debeat probari? Quod regulariter negatur. t) Distinguunt tamen communiter in *Negativam Puram & Pregnantem* seu circumscriptam tempore locoque: u) De illa negatur probatio negativæ; hæc indirecte probari potest, per demonstrationem facti impliciti, aut circumstantiarum connexarum.

### §. IX. For-

- q) L. 2. ff. de iur. et fact. ignor. VMM. disp. ad proc. 15. th. 3. n. 15. BACHOV. ad Tr. V. 2. D. 4. th. 1. lit. B. Vid. STRVV. exerc. ff. 28. th. 8.
- r) per L. 30. pr. ff. de oper. libert. ALEXAND. 5. Conf. 118. n. 1. GAREN. Res. pract. 83. n. 9. add. TIRAQVELL. de retr. lign. §. 35. gl. 1. n. 31. HILLIGER L. 26. D. E. c. 2. lit. F.
- s) L. 5. ff. de probat. l. 34. ff. de LL. add. MASCARD. de Prob. vol. 1. concl. 424.
- t) per L. 10. C. de non num. pec. l. 18. §. fin. l. 2. ff. de probat. l. 23. C. eod. cap. II. X. d. t.
- u) Vid. omnino LAUTERBACH colleg. ff. tit. de Probat. §. 26. seqq. Conf. STRYK introd. ad prax. C. 17. §. 2. ibique Dn. PRAESID. medit. accessor.



## §. IX.

Forma ceu altera causa interna est tum essentialis sive Differentia specifica, qua ab aliis actibus judicialibus distinguitur, vid. supr. *Cap. I. §. 3.* & dependet a Fine, qui consistit in eo, ut litigantes Judici fidem faciant de re dubia & controversa, scil. quod beneficiarius ingratitude commiserit in benefactorem, vel non commiserit.

## §. X.

Accidentalis Forma, quam alii externam vocant, respicit & *Modum* sive solennitates probandæ Ingratitudinis, & *Tempus* sive Terminos, quæ dicuntur *Fatalia*. Modus & solennitas ex stylo Judiciorum potissimum cognoscuntur, & consistit potissimum in eo, ut probatio sit pertinens atque concludens, x) nec non certa & clara seu perfecta; y) quamvis nonnunquam etiam imperfecta admittatur. z) Includitur autem thema probandum certis *Articulis*; a) & Pars adversa citari debet

C

ac

x) Vid. LAVTERBACH *d. l. §. 31.* et STRVV. *d. th. 10.* ibique Pet. MÜLLER *addit.* ubi de clausula: *Salvo iure impertinentium.* Add. MASCARD. *vol. 1. concl. 132.* MYNSING. *cent. 2. obs. 26. et 9.* MEV. *P. 3. Dec. 241. et P. 7. Dec. 117.*

y) Vid. LAVTERBACH *cit. loc. §. 32.* ibique citt. MASCARD. *vol. 2. concl. 754. et vol. 3. concl. 1130.* RVLAND. *de commissar. P. 2. L. 2. c. 19. et 20.* *Obscura* contra producentem potest allegari, STRVV. *exerc. ff. 28. th. 10.* ibique P. MÜLLER *not.*

z) Vid. LAVTERBACH *d. l. §. 33.* MASCARD. *vol. 1. concl. 104. et seqq.* MENOCH. *L. 2. A. F. Q. cas. 115.* RICC. *Dec. Neap. P. 2. dec. 23.* STRVV. *d. l. th. 11.*

a) Vid. LAVTERBACH *colleg. ff. d. t. §. 34.* STRVV. *d. exerc. 28. th. 12.* ibique P. MÜLLER *addit.* STRYK. *introd. ad Prax. C. 18. §. 1. seqq.* ibique *medit.* Dn. PRAESID. Differunt autem ab Articulis, *Positiones.* vid. STRYK *introd. ad Prax. C. 17. §. 12. et seqq.* ibique Dn. PRAESID. *medit. access.*

ac videndum produci & jurare Testes, b) & danda Interrogatoria; c) aut ad recognoscendum Documenta. d)

### §. XI.

Tempus consideratur vel ut Terminus a quo, vel tanquam Terminus ad quem. Ille quoad causam principalem est regulariter *Litis Contestatio*, antea enim nulla fit probatio; e) Interdum tamen testes recipiuntur in *Perpetuam rei memoriam*. f) Quoad *Exceptiones* vero *declinatorias* fori & *dilatorias* oppositio & probatio fieri debet ante *Litis Contestationem*. g) Idem obtinet in *peremptoriis privilegiariis*, h) & hodie omnibus, quæ in *continenti* probari possunt, ad *litis ingressum* impediendum. i) Tempus autem *durationis* sive *Terminus ad quem*, nempe quousque duret probandi facultas,

b) Vid. STRYK d. c. 18. §. 3. ibique *medit.* HERTELIAN.

c) Vid. STRYK. et HERTEL. d. c. 18. §. 5. et seqq. De Testium habitate vel inhabitate, vid. LAUTERBACH. et STRUV. ad Tit. ff. de Testib. De illorum Juramento et Examine, vid. STRYK d. c. 18. §. 11. et seqq. ibique *medit. access.* HERTELIAN.

d) De quorum requisitis et fide, vid. LAUTERBACH et STRUV. ad Tit. ff. de fid. instrum. De Modo iisdem probandi, vid. STRYK introd. ad Prax. c. 19. ibique *medit.* HERTELIAN.

e) Vid. c. 5. et tot. tit. X. ut lit. non contestat. non proced. ad probat. SCACC. de Jud. l. 1. c. 101. n. 3.

f) Vid. GAIL. l. 1. Obs. 92. et seqq. CARPZOV P. 1. c. 16. d. 35. seq. BERGER *Oeconom. Jur.* Lib. 4. t. 24. §. 11. et *Elect. Discept. For.* pag. 795. seq. NICOLAI *proc.* P. 1. c. 62. - *Add. Ord. Proc. Sax.* tit. XXVII. ibique DD.

g) L. 13. C. de procur. l. 12. l. 13. C. de except. Ant. FABER in *Cod.* lib. 8. tit. 23. def. 1. ZANGER de except. P. 3. c. f. n. 40.

h) Quæ dicuntur *Exceptiones intentionis*, it. *litis finitæ* sive *litis ingressum impediennes*, ut: *Transactionis*, *Jurisiurandi*, *Res iudicatæ*. c. 1. et 2. de lit. contest. in 6to.

i) STRYK introd. ad prax. c. 16. §. 1. seq. ibique *medit.* HERTEL.

tas, est causæ conclusio & sententiæ publicatio. k) Aliquando conceditur Dilatio seu Prorogatio termini; l) Negligentia Iudicis autem partibus nocere non potest. m)

## CAPVT III.

DE

EFFECTV, CONTRARIIS, ET AFFINI  
PROBATIONIS INGRATITVDINIS IN BE-  
NEFACTOREM.

## SYNOPSIS.

- |   |  |
|---|--|
| §. I. <b>E</b> ffectus primus.                                  | tionis.                                      |
| §. II. Effectus ortus, generalis;                               | §. VII. 3.) Revocatio Donationis.            |
| §. III. Si Probationes sint pares.                              | §. VIII. 4.) Inofficiosi Querela.            |
| §. IV. Si probatio repugnet Conscientiæ Iudicis.                | §. IX. 5.) Pseudo privat feloniam.           |
| §. V. Effectus speciales, Civiles: 1.) Revocatio Manumissionis. | §. X. Effectus Criminales.                   |
| §. VI. 2.) Revocatio Emancipationis.                            | §. XI. Contraria probationis ingratitudinis. |
|   | §. XII. Affinia probationis ingratitudinis.  |

## §. I.

**E**FFECTVS probatæ ingratitudinis est vel *primus* & immediatus, vel *ortus* sive mediatus. Ille, qui proxime ex probatione nascitur, est fides, qua lu-

C 2

dex

k) *Auth. Jubemus. C. de Judic. vid. LAYTERBACH colleg. ff. tit. de probat. §. 38.*

l) *Alias terminus probatorius peremptorius est, L. 1. C. de dilat. CARPZOV P. 1. c. 16. d. 1. MEV. P. 3. dec. 48. et Dec. 173.*

m) *CARPZOV d. c. 16. d. 3. et 3. Resp. 74. MEV. P. 2. Dec. 98. et 235. et P. 4. Dec. 148. Vid. tamen MASCARD. vol. 3. concl. 1236.*

dex credit, ingratitude a beneficiario, e. g. filio, liberto, donatario revera esse commissam, nempe per injurias atrociores, impias manus & verbera, desertionem in praesenti vitae periculo, & similiter. Quemadmodum vero causae variant, praesertim pro diversitate graduum probationis; ita facile colligere licet, fidem iudicis modo esse plenam & perfectam, modo esse minus plenam & imperfectam, ad cuius complementum praerequiritur aliud adminiculum, veluti jusjurandum, sive suppletorium sive purgatorium, territio vel verbalis vel realis, tortura ejusque gradus primus, vel medius, &c.

### §. II.

Effectus *ortus* alius est generalis, alii sunt specialiores pro diversitate causarum & negotiorum. Generalis est vel *Condemnatio*, si benefactor probaverit ingratitude tanquam fundamentum actionis revocatoriae libertatis, emancipationis, donationis, feudi; vel *Absolutio*, si reus beneficiarius reprobaverit suam innocentiam, aut eam purgaverit, & sic actoris probatio fuerit elisa. a) Quin & ipse benefactor gaudere potest effectu absolutionis, si e. g. conveniatur ad implementum donationis aut investituram feudi promissi; vel etiam ad restitutionem recuperatae rei donatae, ipse tamen probaverit ingratitude exceptionem.

### §. III.

Quid si vero actoris & rei probationes sint pares:  
quomo-

a) Vid. L. 6. ff. de probat. l. 4. C. de edend. l. 9. C. de O. et A. MASCARD. vol. 1. concl. 36. n. 37. TRENTACINQ. var. resol. L. 2. de probat. ref. 2. n. 1. seqq. Ita etiam absolvitur reus ab actione donationis inofficiosa ob ingratitude heredis legitimi. Nov. 92. c. 1. §. 1. LAVTERBACH colleg. ff. tit. de donat. §. 46. n. 1.

quomodo vel pro quonam tunc pronuntiandum est, pro benefactore, an pro beneficiario? Communiter respondent, pro reo contra actorem pronuntiandum esse, quia favorabiliores sint partes rei, qui existit in statu defensionis, quam actoris, qui offensoris partes sustinet: *b)* Ideoque benefactor si actoris vices gerit, amitteret causam; sin repræsenteret personam rei, obtineret præ victo. Enimvero mihi legibus magis consentanea videtur opinio, quod utrobique judicandum sit pro beneficiario, sive reus sit, sive actor: quia ipsius probationi accedit præsumtio juris doli & delicti exclusiva. *c)*

## §. IV.

Deinde hic quæstio movetur: *An Judex teneatur judicare secundum acta & probata, an vero secundum conscientiam?* *d)* E. G. Si benefactor, veluti donator, probaverit testibus aut documentis ingratitudinem & injuriam donatarii, Judex autem certus sit in sua notitia & conscientia de ipsius innocentia: an eundem condemnare aut absolvere debeat? Et receptior est distinctio inter Judicem *subalternum*, qui in dubio neutrum facere, sed causam ad superiorem referre debet; & inter Judicem *supremum*, qui magis conscientiam, certam &

C 3

non

*b)* Ita statuunt MENOCH. de A. J. Q. lib. 2. cas. 98. et de præsumt. L. 2. qu. 72. n. 13. MYNSINGER Resp. 60. n. 10. WESEMBEC.

P. 2. conf. 13. n. 3.

*c)* Arg. L. 51. ff. pro soc. l. 10. C. arbitr. tut. Vid. BARBOSA thes. axiom. locuplet. L. 14. c. 89. ax 17. ibique allegg.

*d)* Quam late tractant HORNEJVS in Ethic. L. 4. c. 4. n. 14. seqq. AYRER. de proc. jur. L. 1. c. 8. obs. 2. VMM. ad Proc. D. 15. th. 5. n. 27. HAHN ad Wesemb. tit. de probat. N. 10. LVGO de J. et J. Disp. 37. sect. 4. MASCARD. de probat. vol. 2. conclus. 951. ZIEGLER dicastic. concl. 34. et 35. FRANZK. L. 2. Resol. 22.

non vagam, quam acta & probata sequi tenetur iudicando. e)

## §. V.

Mediati Effectus *speciales* probatae ingratitude alii *Civiles* sunt & *privati*, alii *Criminales* & *publici*. Illi concernunt vindictam privatam benefactoris & revocationem beneficii collati vel conferendi. Ita 1.) adversus male meritos, impuros & flagitiosos *Libertos*, si aut Patroni nomen detulerint, aut jactantia vel contumacia cervicem adversus patronum erexerint, aut injuria etiam leviori eum affecerint, patrono jus revocandae libertatis, & universa promerita abrogandi, lege datur. f) Pessimi quippe exempli esset, si, quibus benigne fecimus, ipsi ab iis injuria afficiamur.

## §. VI.

